



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

45. In Festo S. Augustini , tripartita. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapido pretioso. Eccl. 50.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

ad tormenta tradidit, ut de S. Barbara, Christiana, & aliis pernotum est. Hic autem videmus quomodo frater a fratre separatur. Altyages a Polybio, dum Bartholomæum ita crudeliter persequitur ob fratri conversionem, dum in illum crudelitas omne virtus effundit, quia in fratrem vires forent inanes. Sic & illud Domini agnoscitur: *Duo erunt in agro, unus assumetur, alter relinquetur: Duo in lecto, unus assumetur, alter relinquetur. Etc.* Duo ejusdem familiaritatis, ejusdem sanguinis & ortus hic reperitur, duo ex eodem utero prognati fratres, quorum unus Dei provida dispositione ad divina gratie sortem & fidei lucem pertingit, alter in tenebris infidelitatis relinquitur, inimicus luci & gratiæ, dum a S. Bartholomæo illam oblatam respuit. Insuper etiam atrocitate cæcus contra manductorem, naufragus contra gubernatorem, æger contra medicum & vivificantem: ideo in cæcitate hæret, in naufragio perit, in morte permanet. Hic ergo relinquitur, dum interim frater assumitur, illuminatur, vivificatur & salvatur.

Cōclusio. **G**ratias Tibi Domine Jesu Christe, Salvator pro nobis totas noctes in oratione agere dignatus fueris: quodque post orationem duo decim Apostolos elegeris ad propagationem nostræ salutis, eos constitutus Angelos pacis, Ministros veræ lucis, ad annuntiandum toto orbe Evangelium pacis, & ad illuminandum eos, qui sedebant in tenebris & in umbra mortis. Sed & speciales tibi debemus gratias pro vocatione & electione S. Bartholomæi Apostoli, per quem voluisti nobis esse manifestum, quantum oportet pro nomine tuo pati & quanta sit vis dilectionis omnia propter te relinquentis, omnibus pro amore tuo lese expoliantis. Fac nos igitur ejus exemplum imitari, ejus dilectionem imitari, terrena despiciendo, & propter te propriis nos ipsas passionibus exuendo. Sic nobis ipse instar virgæ Jacob decoratæ, & prope canales positi, ut concipiamus similem sortem, hoc est, fervens desiderium tibi serviendi, pro te patiendi, corticemque rerum mundanarum despiciendi, ut tandem vestias nos veste immortalitatis, veste gloriæ & incorruptionis, vestimento æternæ lucis.

IN FESTO S. AUGUSTINI.
18. Aug. Lect. 44. *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Eccl. 30.*

PARS I. **I**n Nelytus Propheta Jeremias, jussus fuit à Spiritu Sancto descendere in domum figuli, ut audiret ibi verbum Domini. *Et descendit, inquit ipse, & ecce facinus super rotam, & dissipatum est vas quod faciendum erat à luto manibus suis. Et conversus fecit quasi vas alterum, sicut placuerat in oculo ejus. Et factum est ad me verbum Domini: Ecce sicut lutum in manu figuli, ita est vas in manu mea domus Israel. Ingredia-*

mur & nos hodie mentis consideratione in domum figuli. At cujus figuli? Utrique in domum illius figuli, qui ex altitudine sapientiæ & potentie suæ novit ex eodem luto vasa fingere: quædam quidem in honorem, quædam verò in contumeliam, quædam vasa electionis, quædam abjectionis; quædam in ministerium, quædam in interitum. Ingressi hujus figuli officinam invenimus ipsum fecisse vasa quoddam luteum, fervens contumeliæ & immunditiæ pro aliquo tempore; sed postmodum arte & potentia sua illud ita transmutasse, ut in honorem esset & gloriam; *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.* Illud quoque proprius contemplantes, possumus dicere: *Vas ad mirabile opus excelsum.* Hoc vasis Symbolo Augustinum designo, cujus hodie memoria in benedictione est. Qui cum videretur in ætatis flore, quasi vas iræ & ignominie, non nisi virgam ferream operiri debere: Digno Dei & mutatione dextere excellit, statim in vas gloriosum transmutari visus est, in vas admirabile & aureum, omni virtute præfulgidum, administrandum sapientiæ & gratiæ divinæ pretiosa dona immensa Domini. Repetamus hæc paululum ab alteri principio, & videamus quomodo à luto foedissimo inchoans, desecit in aurum pretiosissimum.

Admirabilis & famosa est Statua illa quam vidit Nabuchodonosor, cujus *Caput ex auro optimo, Pedes autem ex Brachia ex argento, Venter & femora ex ære, Tibia ferrea & pedum, quadam pars ferrea, quadam stibila & lutea.* Hæc, si literaliter velimus interpretari, dicemus significari Principatum hujus sæculi inconstantiam & mutabilitatem, illius quidem dispositione, in cuius manu sunt corda Regum, & Spiritus Principum; illius voluntate qui *ludat in orbe terrarum*, ab uno in alterum regna transfrens. Illa modò reddit felicissima & gloriosissima, quasi aurea; modoque eis aliquid demit gloriæ & felicitatis, ita ut ab auro in argentum, & ab argento in æs ferreum videantur deficere; ac tandem in lutum & favillam omnis eorum gloria redigatur. Quod si mysticum & moralem sensum in hac statua sequimur, dicere mihi liceat significari inconstantiam & instabilitatem eorum, qui in regno & via Dei & a perfectione resiliunt, quod non paucis contingit. Cum enim aureum habuerint initium, purum scilicet charitatis fervorem; paulatim ab illo deficientes deficient ad argentum; deinde ad æs & ferrum, dum fiunt duri ad salubriora consilia, interioreque Dei percussione; tandemque ad lutum convertuntur, totum voluptatum cæno immerfi, & *Cum spiritu carperint, carne consumuntur.* Ego verò dum de Augustino nostro dicere ordior, di versam animè Regiæ illi & Prophetica Statuæ ad veram vobis enigere Statuam gestio. Quare ad veram? Quia *Caput ejus ex luto est*; per quod initium adolescentiæ ejus designo, *Pedes & venter ex ære & ferro*, juvenutis ejus progredium intelligo.

Pedes

Pedes tandem, siue finis, ex auro optimo & probatissimo. Declatemus, si lubet, siugula.

Primo igitur videamus Caput ejus in luto. Sicut de re quispian ambigit, revocet in memoriam, quomodo in pubertate sua Fausti Manichæi infans hæretici pluribus annis fuerit demeratus; infusus quasi limo profundi, ex quo non poterat se extricare. Quapropter sic loquitur 1.3. Confess. cap. 6. Incidit in homines superbi delirantes; & carnales nimis, & loquaces; in quarum ore laquei Diaboli, & viscum confusum commixtionem syllabarum nominis Dei, sed & Domini Jesu Christi, & Paracliti consolatoris Spiritus Sancti. Hæc nomina non recedebant de ore eorum, sed sonentibus & strepitu linguae, ceterum cor inane erat veri. Et dicebant, Veritas, & veritas, & nusquam erat in eis. Lutosa erat hæretici hæc, non solum male de Deo sentiens, & falsè loquens, sed etiam de elementis hujus mundi; duo rerum principia afferens, unum principium rerum bonarum, alterum maliarum; Solem visibilem Christum esse affirmans; & multa alia ineptissima. Unde hanc postmodum intridet S. Augustinus, & se magis prope rillam. Sensim, inquit 1.3. Confess. c. 10. ad eas nugas deductus sum, ut credentem sicut plorare eum decurperetur, & matrem ejus arborem lacrymis lactis, &c. Et cap. 7. deplorat, quod non conciperet Deum ut spiritum, hæc hæretici deceptus; nec illum sic quaerere, sed ut corporeum imaginaretur. Sic enim ait: Va, va, quibus gradibus deductus sum in profunda inferni? Quippe laborans & astutus inopia veri, cum te Deus meus quaerem non secundum intellectum mentis, quo me prestare voluisti belluis, sed secundum sensum carnis. Factur postea se in illam hæresim incidisse, quasi in mulierem & meretricem; descriptam in ænigmate in Proverbis Salomonis: Mulierem audacem, inopem prudentiam, sedentem super sellam in foribus, & dicentem. Aqua furivus dulciores sunt. & panis absconditus suavior, venite, comedite, bibite. Hæc, inquit, me seduxit, quia in venit foris habitatem me in oculo carnis meæ. Hoc ergo caput fuit ex luto in Augustino nostro, dum adhuc in flore ætatis ageret. Hæc est sapientia, non desersum descendens à Patre luminum, sed animalis, terrena, diabolica, lutosa, in qua multis hæreticis annis. Quocirca hæc de re cap. 11. sic rursus fateretur: Novem fere anni secuti sunt, quibus ego in illo limo profundi, ac tenebris falsitatis, cum se surgere conarer, & erroribus alliderer, volutus sum. In humanis, aitiple lib. 4. Confess. cap. 3. seducebamur & seducebamur, falsi atque falsitates in variis cupiditatibus; & palam per doctrinas, quas liberales vocant; & culre autem falso nomine religionis. Hic superbi, ubi religio, ubique vani, & popularis gloria, scilicet in animam.

Aug. hæretici Manichæi infans.

Prov. 9.

Prævio conforio de dicitur.

me minoris dedecoris. Cum audiebam eos jactantes flagitia sua, & tanto gloriantes magis, quanto magis turpes essent; singebam me fecisse, qua non feceram, ne viderer abjectior, quo eram innocenter. Ecce cum quibus comitibus iter agebam, platearum Babylonia, & volutabar in exco ejus, tanquam in cinamomo & preciosis unguentis. Ulterius fateretur ipse Augustinus, quomodo in his plateis Babylonia concupiscentia carnis rapuerit imbellem suam ætatem per abrupta cupiditatem, ut mersaret in gurgite flagitiorum. Describit id toto cap. 2. lib. 2. Confess. ubi inter cætera sic alloquitur Domini: Ubi eram, & quam longè exulabam à deliciis domus tua anno illo sexto decimo ætatis carnis meæ, cum accepit in me scelerum, & totas ei manus dedi, vesania libidinis accensio. Jactabar, & effundebam, & dissipabam, & ebulliebam per fornicationes meas, & ibam longius à te, & iacebas. Ibam porro longè à te, in plurima sterilia semina dolorum superba dejectione, & iniqua lassitudine. Ecce lutum & caput ex luto.

Aug. vitiosa libidine fordidus.

Eccles. 7.

1. Reg. 28.

1. Cor. 10.

Ezech. 28.

Excl. 3.

Rom. 9.

Utique libido lutum est, & quidem lutum adeo tenax, ut in illo quandoque hæretici contingant, non solum eos qui per terram repunt, homines hujus sæculi; sed etiam illos qui jam perfectionis apicem attigisse videbantur. Quapropter de muliere dicitur: Laqueus venatorum est. & Sagena cor illius. Quia duplici metaphora indicatur, carnis & mulieris libidine non solum irretiri eos, qui tanquam pisces se aquis sæculi ejusque sordibus totos immergunt, pro quibus mulier Sagena dicitur, sed etiam eos, qui tanquam aves in cælum quibusdam perfectionis alis ferri videbantur, pro quibus mulier Laqueus nominatur. Equidem mirabilia sunt iudicia Dei super filios hominum, ut non gloriatur accidens æquè ut dicitur, sed contremiscat omnis caro. & qui stat, videat ne cadat. Videmus enim quosdam, qui ascenderant quodammodo usque ad cælos, & arbulabant in medio lapidum ignitorum, ab impetu caudæ draconis cecidisse quasi stellas de cælo, & infixos in limbo carnis in malis obstupuisse. Testis est Salomon. Videmus & alios è stercore peccati, in quo velut jumenta commutuerant, erectos fuisse, ut solum & gloriam Filiorum Dei occuparent. Testis est Augustinus noster. Hoc admirans Ecclesiastes pronuntiat: Veri me ad aliud, & vidi sub Sole nec velocem esse eun, eorum scilicet qui ad bravium currunt: nec fortium bellum, ut contra spirituales nequiritas dimicent: nec Sapientiam panem, qui mentem cibant & intellectum; nec Artificum gratiam, qui perfectionis molem fabricant: sed in omnibus tempus & casum, hoc est, variam mutationem & instabilitatem. Quia non est volens, neque currentis, sed Dei est miserantis, teste Apostolo. Hoc in Salomone, hoc in Augustino nostro possumus agnoscere. Salomonis caput fuit ex auro, brachia ex argenteo, hoc est, initia regni fuerunt aurea propter charitatem, & sapientiam; sed finis fuit ex luto ob iniquitatem, & inconstantiam. Contrario res procedit in nostro Augustino, cuius

cc

ejus caput & brachia fuerit ex luto, ut jam explicuimus, quia virore ætatis contrivit in immundicia, carne, & hæresi; finis verò fuit aureus, Dei miserentis bonitate, ut statim videbimus. Sed prius declaremus, quale ejus fuerit pectus.

PARS II.
Quomodo
Ang. quã
doque es
& ferrum
fuerit.

Secundo igitur loco explicandum venit, quomodo ventus ejus & pectus ex are fuerit & ferro. Hoc nimirum ideo congruè dicitur, quia paulatim cepit à Manichæorum delictis & inlipidis erroribus mentem auertere, multo tempore nec Manichæus, nec Catholicus, ut fateretur lib. 6. Confess. Quod ergò à Manichæorum hæresi jam alienabatur, lutum erat deserere: sed nihilominus ferreus & durus remanebata ad suscipiendam impressionem venientis & fidei rectæ, cujus sigillum cordi ejus applicabatur, tum per matris lacrymas, tum per S. Ambrosii sermonem & exemplum, tum per Catholicorum librorum lectionem, tum per cœlestem inspirationem. Interius ergò Dei rationibus quasi sperum æs aut ferrum obnitebatur, & cum magni consilii Angelo aliter quam Jacob luctabatur intras, & reluctabatur. Doctrinæ quoque exteriori nimia (si ingenii præsumptione & tumore non assentiebatur sincerè, quavis eam audiret avidè, sed non cum ea quæ decet intentione.

Sic enim fateretur lib. 5. cap. 13. Veni Mediolanum ad Ambrosium & piscipum, in optimis notum viri terre pium cultorem suum, cujus tunc eloquia strenuè ministrabant adipem frumenti sui, & lætissimam olei, & sobriam vini ebrietatem populo tuo. Suscepit me paternè homo Dei, & cum amare copii, primò quidem non tanquam Doctorem veri, sed tanquam hominem benignum in me. Studiòse audiebam disputantem in populo, non intentione qua debui, sed quasi explorans ejus secundam, utrum conveniret fama sua. Verbis ejus sustinerebat intentus: rerum autem incuriosus & contemptor adibatam, & delectabar suavitate sermonis, quamquam es auditorio, minus tamen hilarescentis, atque mulcentis quam fastidierat, quantum ad modum dicens. Hæc capite de se & de Ambrosio.

Lib. 5. c. 13.
Per S. Ambrosium
piscipum
informa-
tus.
Esch. 12.

Paulatim tamen in hoc pectore duro, ex are & ferro conflato, Ambrosii stylis sculpebat fidei veritatem, & veniebat in animum cum verbis (quæ diligebat Augustinus) res quoque quas negligebat. Et dum cor aperiebat ad excipiendum quam disertè diceret, pariter intrabat & quam verè diceret, sed gradatim. Sic implebatur illud Sapientis: Verba sapientium quasi stimuli, & quasi clavis in alium defrui, quæ per Magistrorum consilium dantur à Patre uno. Comparat hæc similitudine verba sapientium stimuli & clavis, quia habent vim corda penetrandi. Dicitur esse data à Pastore uno per Magistrorum consilium. Quia S. Scripturæ, quibus utuntur sapientes ad instructionem vel conversionem aliorum, à Deo summo Pastore, per successivam continuam doctrinam in Ecclesia Dei, ad fideles derivantur.

Uterque pectus, quomodo pectus Augustini

ex are & ferro foret, ante conversionem à libidinosa vita. Fateretur enim ipse de se, quomodo fuerit instar aris sonantis, tinnientis, & raucam omnino vocem ad Dei percussorem edentis, dum lib. 8. cap. 5. ait: Respondebam verba lenta & somolentia; Modò; ecce modò, sine paululum: & modò non habet modum sine paululum, ibat in longum. Nec erat aliud quod responderem veritate convictus, dum undique te rura dicere ostenderes, & mihi inolamare: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Rufus ait ipse de se & ferreo suo pectore: Suspirabam ligatus, non ferro alieno, sed ferrea mea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi casenam fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate perversa facta est libido: & dum servitur libidini, facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi assiduis stimulis innoxie tenebat me capivum dura servitus. Dua voluntates mea, una veteris, alia nova; illa carnalis, ista spiritalis, confitebant inter se, a que discordando dissipabant animam meam. Hæc ipse. At non in his omnibus cereretur etat pectus partim ferreum, & partim areum, hoc est, durum ex parte & oblitens, ex alia verò parte aliquid resonans, sed omnino raucè cum ingrato murmure. Audi iterum: Rodebar intus, & confundebam pudore, & sententiarum verberibus flagellabam animam meam, ut sequeretur me conantem post te ire, & retinebatur. Recusabam, & non se excusabam. Consumpta erat & convicta omnia argumenta. Remanserat sola repudatio, & qua 8. Conf. nis, quò talis esebat in mortem. 6. 11.

Denique, quomodo durus fuerit ut æs aut ferrum, convincitur ex eo quod adeo longis & copiosis matris monitis, precibus, lacrymis non cederet, per novem annos. Sic enim confiteretur lib. 3. c. 11. Novem ferè anni secuti sunt, quibus ego in illo limo profundæ tenebris salisatis, cum sæpi surgere conarer, & gravius alliderer, volutatus sum. Cum tamen vidua illa casta pia & sobria, qualis amas, jam quidem spe alacrior, sed fletu & gemitu non segnior, non desinens horum omnium orationum suarum de me plangere ad te. Et invadans in conspectum meum preces ejus, & me dimittens, tamen adhuc volui & involvi in illa caligine. Pro me ad te fiebat illa fidelis tua amplius quam stent matres corpora funera: videbas enim illa mortem meam, ex fide & spiritu, quem habebat in te. Durum certè erat cor, quod his lacrymis non mollicebatur tanto temporis spacio, tantoque cordis amore profusus. O verè ferreum, atremque pectus, tanto tempore, tantaque duritie ad Dei matrisque voces obtinens interiori cum murmure & rebellionè!

Terciò videamus, quomodo post caput ex luto, PARS III. & pectus ex are & ferro, pedes tandem con- Quomodo nantur non solum ex argento, sed etiam ex auro purissimo & purissimo. Imò totus in vas aureum & pie- fa factus ciosissimum fuit transmutatus, qui prius reputaba- purissimus. 12.



tur inter vasa testea, & qui amplexatus erat stercora, nutritus fuit, aliosque nutrire poruit in corceis. Hoc nimirum factum est in eius conversione, quando carnis & Saeculi vinculis disruptis, dissipataeque omni cunctatione turbulenta, exarsit in pacem & pacem Christi. Tunc scilicet quali vas purissimum flamma divinae charitatis excoctum fuit, ut fieret vas gloriae, quia antea vas erat ignominiae.

Aug. meri-
tu S. Ma-
riae sua
converso.

Hanc autem conversionem adscribit ipse & nos cum ipso meritis Sanctae Matris suae. Sic enim ait lib. 1. cap. 9. An vero tu Deus misericordiarum ser- neres cor contritum & humilitatum vidua casta, ac sobria frequentans elemosinas, obsequentia at- que servientia Sancti tuis, nullum diem pratermit- tentis oblationem ad altare tuum: his in die mane & vespere ad Ecclesiam tuam sine ulla intermissione venientis, non ad vanae fabulas & aniles loquacitates, sed ut te audiret in tuis sermonibus, & tu illum in suis orationibus? Huius non lacrymas, quibus non aurum aut argentum petebat, nec aliquid volubile aut mutabile bonum, sed salutem animae filii sui, con- temneres: Nequaquam, Domine, immo vero aderas, & exaudiebas, & faciebas eo ordine, quo prae destina- veras esse faciendum. De qua re rursus ait lib. 3. cap. 9. Exaudisti enim, nec desisti lacrymas ejus, cum pro- fidentes rigarent terram sub oculis ejus in omni loco orationis ejus.

Gen. 35.

Hanc piam Augustini matrem recte contuleris cum Rachele apud Ephratam patiente, quae cum partum suum edidisset, vocavit eum Benoni, hoc est, filium doloris mei, ob eam scilicet, quam pariendo fenlerat, acerbitate. Sed & postea appellatus fuit Benjamin, hoc est, Filius dexterae & gaudii. Certè S. Augustinus primum quidem fuit matri suae Benoni, & filius doloris, de quo ipse dicit lib. 5. cap. 9. Majora me sollicitudine paruriebat spiritus, quam carne pepererat. Quoscumque idoneos inven- nisset rogabat multis cum lacrymis, ut veritatem filium docerent, & mala dedocerent, sicque sibi il- lum rursus parturienti obstericantem manu sua co- operarentur. Quapropter audivit quodam die ab Episcopo pio & docto: Vade, non potest fieri, ut pe- nent filius tantarum lacrymarum. Mater haec, pieta- te foris terra marique eum secuta est; & per mari- na discrimina consolabatur nauas, rudes abyssi via- tores, pollicens eis perventionem cum salute, quia caelitus promissum accepterat de filii conversione.

Conf. l. 4.
ap. 12.

l. 6. c. 1.

Sed non fuit sine anxietate & dolore, donec illum diem videret, quo ipsum genitum videret Christo, quem pepererat mundo. Ad hunc effectum quo- tidie visa est ad Ecclesiam currere, & in Ambrosii ora suspendi, ad fontem salientis aquae in vitam aeternam. Diligebat enim illum virum sicut Ange- lum Dei, quo per illum cognoverat filium suum ad aeternam fluctuationem jam esse perductum, & transire ab aegritudine ad sanitatem. Tan- dem genuit filium ejus, in Christo regeneratus, fuit ei non amplius filius dolens, sed filius dexterae & laetitiae. Vis videre illum, curia? Audi cum l. 8. c. 1.

Turbulenta omni cunctatione dissipata, ingredimur cum Alipio ad matrem, indicamus, gaudet: narramus quemadmodum gestum sit, exultat & triumphat. Et benedicebat tibi, qui potens est ultra quam petimus aut intelligimus, quia tanto amplius sibi à te invocatum de me videbat, quam petere solobat miserabilibus fle- bilibusque gemitibus. Hinc & ipsa postmodum dice- bat Augustino, magno cum gaudio & leticitate: Fili, nulla re jam delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, & cur sim vesicio, jam consumpta spoliatus sa- culi. Unum erat, propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, ut te Catholicum viderem, prius- quam morerer cumulatius hoc mihi Deus meus praesi- tit, ut te etiam contempta felicitate terrena servum ejus viderem. Quid hic facio? Ita lib. 9. c. 10.

Lue. 7.

Rursus piam Augustini matrem recte contule- rimus cum vidua Evangelica in Naim, cujus filium Christus suscitavit, ejus lacrymis commotus. Evangeli- Hanc describens S. Basilius Seleucus ser. de Elifaco, ca. vidua sic ait: Lacrymarum fluvius emittebat, & misera- biles pro filio voces, quales par erat à matre pro- S. Moni- fuerat: Cuiam, fili, videram & orbam matrem reli- cam fien- quisti, quem te adempto adiutorem reperiam? Cui ba- rem ex- culo atque meo grandis innotuit, vel quomodo angu- biles. stia orbitatus & viduitatis ferre poterit? Duos illustres oculos possidebam. Virum & Filium, utrumque mors effudit. Quis, fili, matrem sepulchro mandabit, iusta- que persolverit? Illum qui me lacrymis prosequi debe- bat, lacrymor ego, & sepulchrum ei paro, qui parare mihi debuerat. Par erat, matrem ante filium à morte rapi: hic enim est natura ordo, ut filii parentes prae- stant: sed quia ordinem pervertisti, me celeriter tibi adjungat Deus: Satis mihi erit, eodem sepulchro con- di, quam sine filio brevi hac luce frui. Nulla mihi vi- ta ultra jucunditas, cum ille non superest, cujus cau- sa vivere cupiebam. Quamdiu supererat sine dolore arumnas ferebam, & viri calamitatem filii expecta- tio paulatim à memoria subtraherebat: sed solatium meum mors acerba conturbavit, & in dolorem intole- rabilem convertit. Quam diversa sunt eventa ab his quae mihi proposueram: Eius nuptias expectabam, pro- hinc sepulchrum construxi; quando de nuro cogi- tabam, monumentum tunc paravi. Cum de nuptiali conditione tractabam, testamentum ejus consignatum accepi; & filium matrem heredem scripsit, qua filium heredem constituere debebat. Cum vestem nuptiiu pa- rarem; funebribus vittis cadaver constringere cogor. Quam diversa sunt haec ab his quae proposueram? Nul- lus dolor cum cordis mei acerbitate conferendus, nul- la calamitas par calamitati meae. Nullus vultus meum sanare poterit: nemo tantus in urbe medicus, non est, inquam, non est. Sed num apud urbem portam invenere.

Cum adhuc mulier loqueretur, Medicus qui de- siderabatur, praesto erat. Ille viduarum Patronus occurrit: Pater orphanorum adolescentem voca- vit: vita largitor mortem fugavit: matris lacry- mas misericordiae amator expressit. Mortuus è por- ta egrediens, vita ingredienti accurrit: Noli flere, c. 2. m. 9. 9. 9.

mors qua te impugnat, expugnata est. Noli flere, inferni sedes animam a me repetitam resistit. Noli flere, non satanas devorabit pradam, sed evomet. Sic mœoris flammam suæ benignitatis fonte extinxit & rore, ad misericordiam alleclat lachrymis. Hæc S. Basiliius Seleucus graphicè & eruditè.

Quæ quidem omnia in sensu spiritali præclare applicari possunt. Monica vidua, Augustino adulescenti, Christo Medico & Suscitatori. Flebat ipsa dolore cordis acerbo filii sui spiritalium mortem; nec à seculo desistit, donec eia Christo dictum est: Noli flere; filium tuum ad vitam carnes revocatum, & ab inferis suscitatum; nec Satanas devorabit pradam, sed evomet. Ipse tibi oculos pœ claudet, & sepulchro condet, effectus servus Dei: à sepulchro peccatorum & errorum erutus, in eadem regula & linea fidei secum constituitur. Quapropter in die festivo S. Monica in Ecclesia Dei legitur istud Evangelium: Ibat Jesus in Naim, & ecce defunctus esse videbatur filius unicus matris suæ, & hæc vidua erat, &c. Atque ipse Augustinus huic viduæ comparat matrem suam, lib. 6. Conf. cap. 1. ubi ait: Me tanquam mortuum, sed resuscitandum tibi fiebat, & sereno cogitationis offerebat, ut diceret filio vidua: Juvenis tibi dico: Surge; & revivisceret. & inciperet loqui, & redideret illum matri suæ.

Hoc mirum factum est, in ejus mira conversatione per cœlestem vocem? Tunc igitur qui prius erat fœdum lutum, ac vas spurcissimum, in nova fornace amoris est recusum, in vas aureum est transmutatus, omni detestata scoria & rubigine præfulgidum. Impleumque est illud Sapientis: Auferes rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Argentum rubiginosum sapientiæ & doctrinæ secularis purgatum flamma claritatis, in aureum desit fulgorem in Augustino converso, & factus est,

Præf. 25.

Eccel. 50.

Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Vas planè solidum, quod non amplius ad libidinis viscositatem, ad carnis & concupiscentiæ lubricitatem potuit desuere, sed ab omni vitiorum illavie liberum fuit. Sic enim faterur lib. 9. Confess. cap. 1. Quam suave mihi subito fuit carere suavitatibus nugarum mearum? Quas amittere metus fuerat, jam dimittere gaudium erat. Ejiciebas enim à me vera tu & summa suavitates: ejiciebas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, sed non carni & sanguini, omni luce clarior, sed omni sereno interior, omni honore sublimior, sed non sublimior in se. Jam lieder erat animus à cura mordacibus ambiendi, & acquiescendi, & volubandi, atque scalpendi libidinum scabiam, & garrulam tibi charitatem meam, & divitiis meis, & saluti meæ, Domino Deo meo. Vas ergo fuit, Augustinus, mox à sua conversatione, non solum solidum, sed & pretiosum, divinas laudes cœlique delicias, & divitias continens, ac aliis propinans, non solum liberare. Vas non solum solidum & aureum, sed etiam omni lapide pretioso ornatum: In auro (inquit Rabanus) interpres celestis. Quod dicitur sapientia, in lapidibus pretiosis virtutum decet exprimitur. Cum ergo virtutes sacra fulgore sapientia intermiscerentur, vas anima hæc habuit pretiosissimum demonstratur.

Refertur in 2.º Lecl.

Fulgorem sapientiæ in Augustino totus agnovit mundus, quia per illius radios quaquavertium fuit illuminatus: In medio Ecclesiæ aperuit Dominus ei Ecclesiæ ejus, & implevit eum spiritu sapientiæ & intellectu. Huncque spiritum ubertim in omnes reffudit, & in sæculum sæculi reffudit, quasi cœli vinum è vase suo pretioso propinans Doctoribus & populis. Quapropter S. Paulino, & aliis SS. Patribus vocatur Pater Sapientiæ, Supremus Magister Theologiae, Ornamentum Scholæ, Flos Ingeniorum, Columna Ecclesiæ, Templum Religionis, Scutum Fidei, Exemplum & Fax Prælatorum, Lax Prædicatorum, Doctor Doctorum, Eruditiorum Sanctissimum, Sanctorum Eruditissimum.

Elogia S. Augusti.

Virtutes S. Augusti.

Virtutes quoque omnigenæ, quasi lapides preciosi, cum circumdant, & mirè promicant, Caritas sive amor Dei igitissimus, Caritas sive amor proximi zelocissimus, Humilitas profundissima, Continentia & Castitas sanctissima & strictissima, Abstinencia cum austeritate conjuncta, Penitencia in finem usque vitæ perseverans, Prudentia cum Fortitudine confœderata, Justitiaque cum Temperantia. Quas in particulari ex ejus vita hic describere potest Concilioator, & laudum ejus Præco. Audiendus est pro conclusione Volusianus Epist. 2. describens uno verbo Augustini cœlestem sapientiam, omnem aliorum Episcoporum sapientiam superantem: Vir est totius gloriæ capax Augustinus. In aliis Sacerdotibus absque detrimento cultus divini toleratur infirmitas: at cum ad Antistitem Augustinus venitur: legi deest quicquid ab eo contigerit ignorari.

Propter hanc eminentiam sapientiæ inter sanctos Doctores, Aquila Augustinus dicitur, sicut Gregorius Homo ob facilitatem, Ambrosius Leo ob constantiam, Hieronymus Boob laborem & solitudinem.

Postremum hoc adjicere, S. Augustinus ideo Vas S. Augusti aureum dici, ornatum omni lapide pretioso, quia omni benedictionis in ceteris electis reperta particeps fuit. Vas ergo benedictionis omnigenæ distichastici: Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum confirmavit super caput ejus. Sive, ut alia lectio habet: Benedictio omnium antiquorum requiritur super caput ejus. Certe omnis generis benedictio in electis reperta requiritur super caput Augustini, speciali quodam testamento & pacto Dei.

Sanctissimus Eccel. 4.

Primo, accepit benedictionem Patriarcharum, dum fecunditatem illam accepit sanctæ generationis filiorum timentium Deum. Factum enim est quasi Stellarum multitudo, ita ut desipio verum sit, quod de Abraham pronunciat Ecclesiasticus: Dedit

SS. Patriarcharum archæum. Eccel. 44.

ibi gloriam in gente sua, crescere illum quae terra cumulum, & ut stellas exaltare somas ejus, & hereditate illos a mari usque ad mare, a flumine usque ad terminos terra. An non Religionis plusquam quadraginta eum Patris titulo honorant, quae universum per orbem propagines suas extenderunt? An non milleni filii & filiae, tanquam stella eolotandem figenda, cilenatae sunt? Haec est generatio quarentium Dominum, quarentium faciem Dei Jacob, pro qua Augustinus accepit benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo.

Psal. 23.

2. 55. Prophetarum.

1. Reg. 19. 1. Paral. 25. v. 1.

Secundo, accepit benedictionem Prophetarum. Si enim Propheta divino fuerit lumine illustrati, ut caelestia mysteria intelligerent, & alios deinde edocerent, ac illuminarent: quanto perfusus fuit caelestis lumine Augustinus in mysteriis divinis & arcanis caelestibus illuminatissimus & peritissimus, quae & alius magna luce explicavit & communicavit magno totius Ecclesiae fructu? Hoc testantur tot opera ab eo concipita, abditissimorum mysteriorum plena. Si in Prophetas insilicbat Spiritus Domini ad divinas laudes decantandas, ita ut prophetae frequenter in sacris Literis idem sic, quod ex Spiritus insinatu divinas laudes decantare: quis ambigit, eum hanc benedictionem Prophetarum uberitum Domino accepisse, jam a sua conversione? Qui prius fuerat cecus latrator adversus divinas literas, de melle caeli melleas, de lumine Dei luminosas; postmodum legens ardebat, & exultans decantabat ex eis laudes Domino, cum cordis jubilo, miris sancti modis, miris odibus, & avebat illas refundere in aliorum corda. Audi quid de se dicat cap. 4. lib. 9. Quas tibi Deus meus voces dedi cum legerem Psalmes David, cantica fidelia & sonos pietatis, excludentes turgidum spiritum: ruda in germano amore tuo, catechumenus in villa cum catechumeno Alupio sermatus, matre adhaerens nobis, muliebri habitu, virili fide, anili securitate, materna charitate, Christiana pietate? Quas tibi voces dabam in Psalmis illis, & quomodo inflammarer ex eis: & accendebat nos recitare, si possem, toto terrarum orbe, adversus typhum generis humani? Rursus hac de re cap. e. sic ait: Non satiabar illis diebus dulcedine mirabili confiteri altitudinem consilii tui super salutem generis humani. Quoties fieri in Hymnis & Cantibus tuis, suaviter sonantis Ecclesiae tuae vocibus commotus acciter? Voces illa infuebant auribus meis, & aliquantulum veritas tua in cor meum, & exsultabat inde pietatis affectus, & currebant lacrymae. & mihi benedixit illis. Si olim de Saul dictum est: Namquid Saul inter Prophetas? quia accedens ad cuneum Prophetarum, spiritu Dei correptus divinas laudes cecinit: quanto magis id de Augustino dicere possumus, qui spiritu divinae pietatis impulsus mirabili gestu cordis & vocis exsultabat in laudes divinas, ita ut a corde non solum exsisterent per os, sed etiam per oculos. Denique, si prophetae idem est quandoque factis in Literis, quod in miracula facere,

(Sic corpus Elia dicitur prophetae emortuum, Eccl. 48. & ossa Joseph etiam hoc modo Augustinus benedictionem hereditavit Prophetarum, cujus ossa post mortem multis effulserunt miraculis. Tertio, accepit benedictionem Apostolorum & Martyrum, quia miro erga Deum amore flagitavit, quae Apostolica charitate transfixus, miraque constantia fidei veritatem propugnavit, pro illa morte obire paratus. De eius ardentissima charitate notum est, propter quam cor flammans gerit, & sagitta percussum suis in iconibus. Unde Confess. 1. 9. cap. 2. sic Dominum alloquitur: Sagittaveris tu cor nostrum charitate tua, & gestabamus verba tua transfixa visceribus; & exempla servorum tuorum, quos de nigris lucidos de mortuis vivos feceras, congesta in sinum cogitationis nostrae, urebant & absumebant gravem torporem, ne in ima vergeremur. De hac quoque charitate cor suum inflammanate sic loquitur lib. 13. Confess. cap. 8. Amo te, Deus meus, amo te; & si parum est, amem validius. Non possum metiri, quantum disti mihi amoris, ad id quod satis est, ut curras via mea in amplexu tuos. Et rursus exclamare utulante cor ejus amoris incendio: O igni sancte quam suaviter ardes, quam secretè lucet, Vides mentem quam desideranter aduris? Vides illi, qui ex se non ardent, qui per te non lucent? Denique, propter eminentiam charitatis illud tribuitur a nonnullis Doctoribus Augustino: Domine, valde exultat in te anima mea, dum cogitat quod tu sis Deus meus. Verum Corn. si per impossibile fieri posset, ut Augustinus esset Deus, Ezech. 3. & tu es Augustinus, omnino vultem esse Augusti. hoc exprobrat, ut tu es Deus. Ex hac charitate Dei, zelus car. Apostolicus salutis proximi in corde Augustini increcebat, quem tot sermonibus, totque libellis pietatis testatum reliquit. Atque etiam zelus fidei ejus eluxit in persequendis haeresibus & haereticis. De quo sic Breviarium Romanum: Haereticos perpetuo injediatur, & coram, & scriptis, ac nullo loco passus consistere; Aphricam a Manicheorum, Donatistarum, Pelagianorum, aliorumque haereticorum errore magna ex parte liberavit. O quam ei acceptum fuisset, si Christi pro fide civitatem potuissent fundere!

3. 55. post-lorum Martyrum.

Brev. Ro. 28. Aug.

4. 55. Confessorum, Monachorum, Penitentium quos in forum, Manichaeorum, Pelagianorum, aliorumque haereticorum errore magna ex parte liberavit.

5. 55. Confessorum, Monachorum, Penitentium quos in forum, Manichaeorum, Pelagianorum, aliorumque haereticorum errore magna ex parte liberavit.